Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25873
Copyright: Admont, Benediktinerstift

411

sem semetipsum immaculatum deo optulit.
eaque oblatione et sanguinis sui aspersione
celos introiuit. ubi nunc uiuturus deo pro sal
uatione totius mundi interpellans assistit. Di
cit ergo figuratiuus ille salemon creatorem
dominum orando. dicit uerus ille salemon dominum
patrem interpellando. Tu exaudies in celo. et
facies. scilicet per mei sanguinis propriam oblationem.
genus humanum a uinculis peccati origina
lis absolues. Et iudicabis seruos tuos. con
dempnans impium et reddens uiam suam super
caput eius. iustificansque iustum. et retribuens
ei secundum iusticiam suam. Seruos tuos iudica
bis. quia tu deus pater iuste iudex. diaboli decep
toris impietatem. et decepti hominis infeli
citatem. in statera mee crucis iuste ponde
rabis. Unde iob dicit. Utinam appende
rentur peccata mea quibus iram merui. et cala
mitas quam patior in statera. Ne cui absur
dum. et ueritati contrarium uideatur. si diabo
lus seruus dei dicatur. ex multis sacre scripture
testimoniis hoc posse stare comprobatur. Vo
cat enim deus in propheta nabuchodonosor seruum suum. dicendo nabuchodonosor.
rex babylonis seruiuit mihi in tyro. et non
est merces reddita ei. Ubi utique ipse rex baby
lonis in typo ponitur diaboli. Simili modo
scribitur. quia spiritus dei malus saul inuasit. quia
ipse diabolus. suo quidem uicio malicie pro
positum semper gerit. sed tamen dei ordinationi.
nesciens et inuitus seruit. Unde dicit sa
lemon supplicans creatori. in persona uni
geniti filii dei. Iudicabis seruos tuos. con
dempnans impium. et reddens uiam suam.
super caput eius. Impius condempnatur. cum
ipse mortis et totius impietatis auctor. ex
tremi iudicii equitate. cum omni suo cor
pore. uidentibus cunctis. et sanctis angelis. et
hominibus electis. in abyssum precipitatur.
Via sua super caput eius redditur. dum pro omni
perditorum massa. eius malicie et nequitie con
digna sue seductionis pena rependitur.
Iustificansque iustum. et retribuens ei secundum
iusticiam suam. Iustus iustificatur. cum christus
mediator dei et hominum. pro sue innocen
tie dignitate. omnium electorum suorum liberati
one in futuro remuneratur. Secundum iusticiam
suam ei retribuitur. cum pro eius innocentia. omni
electorum suorum multitudini. a deo patre in
nocentia et gloria restituitur. SEQUITUR.
Si fugerit populus tuus israel ini
micos suos. quia peccaturus
est tibi. et agentes penitentiam. et con
fitentes nomini tuo. uenerint et ado
rauerint. et deprecati te fuerint in do
mo hac. exaudi in celo. et dimitte
peccatum populi tui israel. et reduces eos in
terram quam dedisti patribus eorum.
Sicut in precedenti sermone eorum qui
ante legem fuerunt. christus in persona
salemonis commemorationem facit. sic
in his uerbis. pro his qui sub lege fideles
sui fuerunt. apud patrem intercedit. Si
fugerit inquit populus tuus israel inimi
cos suos. quia peccaturus est tibi. Israel
inimicos suos fugit. cum populus iudaicus.
per sacrificia et per cerimonias legales. auc
torem mortis. cum uitiis suis et peccatis
subterfugere quesiuit. Quia peccaturus
est tibi. Lex enim solummodo peccata demon
strauit. sicut Paulus ait. Concupiscentiam
nesciebam. nisi lex diceret. Non concupis
ces. Et agentes penitentiam. Penitentiam
enim agebant. qui se peccatores recog
noscebant. et proinde cerimonias circum
cisionis. sabbatismi. et sacrificiorum. ac ius
tificationum. sollicite exhibebant. Si
inquit confitentes nomini tuo.
scilicet in confessione peccatorum dantes
gloriam tibi deo. uenerint per rectam fidem. et
adorauerint per firmam spem. et deprecati